

SCRIPTA

Numéro Scripta : 824

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1161]

Lieu d'émission : Lions

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II Plantagenêt, roi d'Angleterre, confirme la composition faite devant lui entre Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux, et Philippe de Colombières, au sujet de la mort de Béatrix de Harcourt, nièce de l'évêque, tuée par Robert, neveu de Philippe de Colombières : celui-ci, comme réparation du crime et pour faire prier Dieu pour l'âme de Béatrix, augmente le revenu du chapitre et lui donne l'église de Colombières avec toutes ses appartenances pour les attribuer à la prébende de Colombières.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° XXXIII, t. 1, p. 39-40.
- b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CLXII, t. 1, p. 291-292.

Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle/E. Berger.

Texte établi d'après a

Henricus, rex Angliæ, et dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, archiepiscopo, et episcopis, et justiciis, et baronibus, et ministris suis tocius Normanniæ, salutem. Sciatis quod ego concedo et carta mea præsentem confirmo compositionem illam quæ facta fuerit coram me inter Philippum Baiocensem episcopum et Philippum de Columbariis de morte Beatricis, neptis prædicti episcopi, quam Robertus, nepos Philippi de Columbariis, interfecerat : hanc videlicet, quod Philippus de Columbariis prædictum Robertum abjuravit, et pacem firmam episcopo Baiocensi et Willelmo Britoni, et toti cognationi eorum juravit. Præterea, ecclesiam de Columbariis, cum duabus garbis, et tercia, et aliis pertinentiis ejus, cuidam præbendæ Baiocensis ecclesie, pro anima Beatricis prædictæ, et pro restauratione dampni quam (sic) eidem præbendæ fecerat, in perpetuam elemosinam dedit et concessit. Dedit etiam ecclesie Baiocensi quatuor modios ordeï, quæ (sic) jure hæreditario in molendino de Manerio possidebat, ad dispositionem episcopi, aut prædictæ præbendæ, aut communi ecclesie, aut cui vellet in elemosinam donandos ; pro decem etiam libratibus terræ quas coram me ecclesie de Plaisitio se dare promiserat eidem ecclesie ecclesiam de Planchere integre cum duabus garbis, et tercia, et aliis pertinentiis suis, quæ erat de

feodo Rogeri Bacon, fratris sui, et pro qua etiam ipse Rogero advalens et ad ejus voluntatem dedit excambium. Quare volo et firmiter præcipio quod hæc compositio firmiter et indiscusse teneatur. Testibus Thoma, cancellario ; Rogero, archidiacono ; Ricardo de Hummez constabulario. Apud Leones.